UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

# Locorvm Commvnivm Religionis Christianæ Partitiones

Arnoldus <Vesaliensis>

Coloniae, 1565

VD16 H 312

Caput 30. Quae nam uoces relatiuae temporaliter de Deo dicuntur?

urn:nbn:de:hbz:466:1-30256

Visual Library

## Caput 30.

### Quænam uoces relatiuæ temporaliter de Deo dicuntur?

QVædam ſunt relatiua, quæ de Deo ex tempore dicuntur, citra ipſius tamẽ mutationem. Vnde nec per hoc ei aliquid accidit, ſed rei temporali: qualia ſunt, creator, dominus, refugium, donatum, & huiuſmodi. Tunc enim cepit hoc modo Deus eſſe creator, quando cepit eſſe ipſa creatura, & ſimiliter de aliĳs.

De tempore tamen dicitur, quod Deus non cepit eſſe Dominus temporis in tempore, ſed cum tempore, eò quòd tempus in tempore eſſe non ceperit. *Ioan. 6.*

Eſt ergo talis relatio realiter ſolùm in creatura, in Deo autem ſolùm eius appellatio, ſeu ſecundum rationem. Fit enim hoc, vt dictum eſt, ſine ipſius mutatione. Itidem atque nummus ſine mutatione ſui fit precium.

Quo etiam patet, quem ad modũ ſpiritus ſanctus puris mentibus nulla demutatione diuina conferatur.